CICERO
Frankreich, Ende 12. Jh. Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift



simile sit eum uoluisse qui scripsit. ex omni scriptura.
ex psona scriptoris. atq; his reb; q̄ psonis attribute sūt.
considerabit. Deinde erit demonstrandū si qd ex re
ipsa dabit facultatis. id qd aduersarius intelligat
multominus commode fieri posse. q̄ id q̄ nos accipimus.
qd illius rei neq; administratio. neq; exitus ullus extet. nos
qd dicamus facile et cōmode transigi posse. ut in hac lege.
Nichil enī phibet fictā exempli loco ponere. quo facilius res
intelligatur. Meretrix coronā aureā n̄ habeto. Si habuerit.
puplica esto. Contra eū q̄ meretricē puplicari dicat ex lege
oportere. posset dici neq; administrationē esse ullā puplicę potest
meretricis neq; exitū legis in meretrice puplicanda. At in
auro puplicando. & administrationē & exitū facilē ēē. & in
cōmodi nichil inēē. At diligenter illud q̄q; attendē oportebit
n̄ illo pbato qd aduersarius intelligat res utilior aut honestior
aut magis necessaria ab scriptore neglecta uideatur. Id fiet si id qd nos
demonstrabimus honestū aut utile aut necessariū ēē de
monstrabimus. & si id qd ab aduersariis dicetur. minime eius modi ēē.
dicemus. Deinde si in lege erit ex ābiguo controuersia. dare ope
rā oportebit. ut de eo qd aduersarius intelligat alia in re lege
cautū ēē. doceatur. Per multū aūt pficiet illud demonstrare
quēadmodū scripsisset. si id qd aduersarius accipiat. fieri aut
intelligi uoluisset. Vt in hac causa in qua de uasis argentē
is queritur possit mulier dicere nichil attinuisse asscribi.
quę uolet. si heredis uoluntati pmitteret. Eo enī n̄ asscrip
to nichil inēē. dubitationis qui inheres quę ipse uellet da
ret. Amentię igitur fuisse cū heredi uellet cauere id asscri
bere quo n̄ asscripto. nichilominus heredi caueretur. Quare hoc
genere magnope talib; in causis uti oportebit. Si hoc modo
scripsisset. isto uerbo usus non ēēt. n̄ isto uerbo usus loco istud
uerbū istud collocasset. Nā & ex his sententia scriptoris
maxime pspicitur. Deinde quo tpre scriptū sit querendū.